UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Iacoubus de Mesquita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

P. Iacobus de Meſquita.

Luſitanus. in Iaponia. 4. Nou. vel 14. 1614. ætat. 61. Soc. 39.

Nobili domo natus, & P. Franciſci Pacieci auunculus. Per annos duodequinquaginta Iaponiã excoluit. Duxit ad Greg. XIII. Boncompagnum, magnum illum & Apoſtolicâ ſuâ illâ beneficentiâ orbi terrarum notum Pontificem, in Europam trium Iaponicorum Principum Oratores. Virtute, ac labore quàm doctrinâ maior, magna planè ac mira perpeſſus eſt. Duo in ſilua armati illum iam adoriebantur, teſſerario ſigno alijs quoque ad idem faciendum dato: ille interea ſe ad orandum compoſuit, & illæſus permiſſus eſt. In celebri illa Iaponiæ tempeſtate contra Chriſti ſectatores coortâ, cùm Chriſtiani vrgerentur ad

Oratio.

Fides.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad venerandum idola, & templa diruerentur, etiam Iacobus eiectus in exilium, ærumnis confectus, per iter in tenui piſcatoris caſa, felici morte lætus contabuit.

P. Ioannes Arnoldi.

Impiger operarius Dei. Cùm diuinis operatus à ſacro & concione rediret, eius calix & ſacrificales veſtes ab hæreticis ruſticis direptæ, ac per contumeliam impiè tractatæ: ipſe ab ijſdem, poſteaquam ſudibus peſſimè vapulauit, deinde aſciâ perfracto capite arbori eſt alligatus. Iugulum illi præſcindens dirus ruſticus: *I nunc, inquiebat, & hoc ore, ſi potes, tuum illud Dominus vobiſcum repetito.*

German. Vviſſelboſdæ. 11. Nou. 1631.

Fidei.